



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 16. Hussitarum Furor in Bohemia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

decesserat; hoc autem anno prima Maji Sæcul. XV.  
 die Rex duxit Elisabetham de Piltzia fi- A. C. 1417.  
 liam Castellani, seu Vice-Regis Poloniæ.  
 Illa vidua erat tertio orbata marito, se-  
 nex, infirma, ac prolibus relictis abun-  
 dans. Irrito profus conatu Regis Consi-  
 liarii Ladislao exponebant, ejusmodi nu-  
 ptias tanto Rege non minus indignas,  
 quam regno perniciosas esse, a propo-  
 sito tamen illum dimovere haud poterant.  
 Ceterum neo-assumptam Reginam coro-  
 nandi jus Primatis Poloniæ dignitas Ar-  
 chiepiscopo Gnesnensi afferebat, absentis  
 tamen vices supplevit Archipræsul Leo-  
 poldiensis. Verum Gnesnensis veritus,  
 ne id Primatui suo præjudicio esset, jus  
 suum per Synodi decretum confirmari  
 petiit, obtinuitque.

## §. XVI.

*Hussitarum furor in Bohemia.*

Hussitæ accepto Hieronymi Pragensis Boles. Balb.  
 supplicii nuncio, indomitis impoten- p. 459.  
 tibusque furiis vehementius agitati, om-  
 nia ferro flammaque devastant, Sacerdo-  
 tes trucidant, diripiunt Ecclesias, atque  
 incendiis delent, Verbo, omnia sus deque  
 vertunt; illi etiam, qui ceteris scientia  
 prævalere videbantur, sectæ suæ formu-  
 lam concinnant, in qua summum Ponti-  
 ficem aliis Episcopis æquiparant; purga-  
 torium

Sæcul. XV.  
A.C. 1417.

torium, & suffragia pro defunctis proscribunt, imagines rejiciunt; cuius promiscue absque speciali missione prædicandi copiam adjudicant; Confirmationem, & extremam Unctionem ex albo Sacramentorum expungunt; Confessionem tanquam ridiculam explodunt; Ecclesias & Oratoria construi prohibent; jejunia, & cessationem ab opere servili in die dominica eliminant; ac denique Communionem sub utraque specie stabiliunt.

§. XVII.

*Wenceslai Imperium excutere parati.*

Huffitæ huic formulæ subscribunt, & sub eorum Duce Zischa, & Nicolao de Huffinetz insigni Joannis Huffi fauore exercitum quadraginta armatorum millium colligunt, ut Wenceslaum, quem sibi minus addictum credebant, exauctorent, ejusque loco quemdam suæ sectæ asseclam subrogarent. Quod consilium omnino executioni dedissent, ac forte manus suas Wenceslai sanguine polluissent, nisi Sacerdos quidam, nomine Corenda, ab hoc sacrilego facinore eos absteruisset, quadam adhortatione ad illos facta, eo magis artificiosa, quo minus ipsemet ab eorum genio alienus esset.

§. XVIII.